

*Victoria
Angonis*

amp

THE LIBRARY OF
BROWN UNIVERSITY



THE CHURCH
COLLECTION

THE BEQUEST OF
COLONEL GEORGE EARL CHURCH
1835 - 1910

*6/11/11
1911*

NOVAE NOVI ORBIS HISTORIÆ,

7 D EST,

Rerum ab Hispanis in India Occidentali ha-
ctenus gestarum, & acerbo illorum
in eas gentes dominatu,

LIBRI TRES,

VRBANI CALVETONIS
opera industriæque ex Italicis Hieronymi
Benzonis Mediolanensis, qui eas terras XIII.
annorum peregrinatione obiit, commentariis
descripti, Latini facti, ac perpetuis notis, ar-
gumentis & locupleti memorabilium rerum
accessione illustrati.

His ab eodem adiuncta est,

De Gallorum in Floridam expeditione, & insigni
Hispanorum in eos saevitiæ exemplo,
brevis Historia.



Apud Hæredes Eustathij Vignon.

2. ANNO M. DC.



CHRISTIANIS
ET PIIS LECTO-
RIBVS S.



*Q*UOD magni initio operis flo-
rentissimus rerum Romana-
rum scriptor Liuius praefatur,
Se nimirum, dum prisca popu-
li Romani facta & primas o-

rigines tota mente repetit, tantisper à con-
spectu, malorum, quae sua multos per annos
vidit atas, animū auertere: id in tenui hoc
scripto propemodum cōtigisse profiteri mihi
licet. Me videlicet, quum ardente iam diu
bellis Europa, solatium malis & animo meo
requiem quaererem, lōginquae alicuius pro-
uincia secessum & secretum saepe optasse, ubi
liceret non modo à tot scelerum conspectu,
sed etiam auditu & fama, procul agere. Er-
go nihil hīc vsquam quietū circumspectans,
tandem aliquando in nouam illam Indiam
(quam vocant) ut vacuum bellis orbem, to-
to animo transuolo. Et eò potissimū multa
inuitabant: Auriferi amnes, montes aurei:
mira caeli temperies, noua fructuum auium;

P R Æ F A T I O.

que species, rudis & antiqua hominum simplicitas: mare unionum ferax, gemmis grauida tellus: denique obuia opes fama magis quàm rerum fide traditæ: quæ omnia perlustrare vel animo iuaret: sed ante omnia in erme otium & quies, & morum nostrorum tædium.

Ac mox quidem transgresso, uti dixi, ea primò omnia non planè vana arridebāt. Sed cum ijs miraculis animum attenderem, ecce è diuerso longè alia rerum facies. Extorres indigena, & Christianis insensibiles: subuersi iam montes & auro penè vacui: exhausta mapalia, tristis ubique & horrida solitudo: serui, aut seruitutem horrentes Barbari, cuius ne nomen quidem antè nouerant: & atrocitas eorum cum nostris bella, & quæ bella sequuntur calamitates. Denique nostra illic omnia vitia, seuitiam, libidinem & auaritiam reperi. Hic continuo mecum: Earum rerum causas numquid sciscitari & exsequi libet? Itaque cognoscendi avidus, Hispanos scriptores adeo, eorum libros euoluo. Mira illic: Vno aut altero prælio perdomite prouinciæ: prius penè rapta quàm inita Regna: insignes Hispanorum de Barbaris victoria, nisi equis deberentur. Denique tot Scipiones aut Alexandros magnos dice-

India Oc-
cid. facies
hodie mi-
sera.

res,

P R Æ F A T I O.

res, quot Hispani duces in illis terris bella gessere. Neque profecto gloriam meritos abnuerim, si vel ipsi sauitia, vel scriptores laudibus modum statuissent. De sceleribus interim eorum & flagitiis non nihil, sed parcè. De Barbaris ferè omnia in peius, ut fermè victos, sicut ceteræ calamitates, ita ignominia sequitur.

Sed mirabar in primis, cur non potius inermi quæstu sine bellis peragrata ea terra essent: unde aut quo initio Indis cum Hispanis contracta bella: imò quas bellorum pud eos posse esse causas, ubi nulla esset diuitiarum admiratio, nulla honorum æmulatio aut cupiditas, creberrima inter homines certaminum causa. Postremò cur Hispanos iniuria potius quàm beneficio experiri maluissent: à quibus præsertim non multa tantùm instrumenta vitæ & honesti cultus morem, sed literas etiam, rarum inter Barbaros, cum Religione acciperent. Quare primò hæc ferè importuna cuidam agrestique immanitati, & ab omni societate abhorrenti nature tribuebam, quæ, ut nonnulla animalium, nullis beneficiis mansuesceret.

Sed hæc fortè rimanti, commodùm Benzoni in manus incidit: qui ut superiorum opinionum errore demto, nodos soluit quibus

Quæ Indis
aduersus
Hispanos
bellorum
causa.

P R Æ F A T I O.

impeditus hærebam: ita veros eorum malorum fontes aperuit. Is quæ decem & quatuor annorum spatium magna ex parte in Occid. India vidit, Italico sermone conscripsit, mira quidem breuitate, sed ea tamen quæ nihil propè scitu dignum prætermittat: aut si qua sunt, nos ea utcumque explcuimus. Ac ne collatum quidem cum aliis, multum ab iis discrepare comperi, nisi quòd illi ferè tantum euentus rerum: hic quas illi calidè sapere reticent, causas etiam exsequitur: nec, ut plerique, audita ex aliis, sed ab se visa & explorata referens: unde maior testimonio autoritas & scribenti fides.

Benzo
Hispanis
scriptori-
bus cur
præfere-
ntis.

Hispani
scriptores
suorum
gloriæ le-
nocinan-
tur.

Hunc ego accuratè quum perlegissem, suspectos habere priores illos scriptores, ut gratiæ plurimum dantes & suorum gloriæ nimium lenocinantes, cæpi: ac facile intelligere (quod res ipsa loquitur, & Barbari ipsi non minus naturalis iudicij luce quàm experientia deprehenderunt) Hispanos verbo ad propagandos Christianæ religionis finis in eas oras nauigasse: re ipsa, ut ditissimis iis subactis prouinciis æternæ dominationis sedes ibi figerent: id est, speciosum titulum, auaritiæ & prauis aliis cupidinibus prætexuisse.

*Sed operæ pretium est, id non tam ex meis
verbis*

PRÆFATIO.

verbis quàm ex ipsorum factis cognoscere. Ita enim & subigendis illis populis, & postquam subegerant regendis, hactenus maxima ex parte sese agitauere, ut quum quidvis aliud re ipsa præstarent quàm quod præ se tulerant, Dionysy alicuius aut Machiaueli discipulos verius quàm Christi se esse proderent.

Age igitur, aliquot istius, si libet, placita cum horum gestis cõponamus: quando hæc tantam inter se similitudinẽ habent, ut facile vel istos ex Machiaueli ludo profectos, vel istum ex horum præclaris in Italia facinorib. Theoremata sua hausisse credideris. Quum enim in commentariis illis quibus Tyrånum verius quàm Principem instituit Machiauellus, suadeat inter alia, ut quum

ex animo Deum non colat: Pietatis tamen externam speciem præ se ferens, eam de se opinionem ac famam apud omnes, quoad eius fieri possit, conciliet: Id non perniciosius docuisse videtur iste, quàm Hispani apud Indos præstitisse. Ac nihil primò facilius, quàm crassis Barbarorum ingeniis hoc persuadere, qui nouæ & peregrinæ gentis miraculo capti, de ea præclara omnia & quamuis absurdacredere. Ergo Hispanis, quum splen-

Machiaueli dogmatum, & rerum ab Hispanis in India. gestarum, collatio:

PRÆFATIO.

didū Dei & Christiani nominis gloria promouenda titulum suis expeditionibus imponerent & se Christianos, ac filios Dei altissimi, alternis propè verbis iactarent, usque adeo habita fides, ut etiam descendisse istos è calis (nã & hoc ementiri non pudebat) vulgò illis gentibus persuasum esset: donec res ipsæ & facinora hæc vanitatē coarguerent.

Hispani verò prona interim Barbarorum crudelitate adeo abuti, ut etiam opinionem & spem quandam salutis illis insitam (cæcam quidem illam & inanem, sed tamen spem) ad exitium miserorum & suum questum verterent. Exemplum vnum referam.

Hispani specie pietatis Indos in seruitutem pellunt.

Ex quo in Hispaniola vicinisque insulis indigenæ operarij Hispanis ad exercenda metalla defuerunt: prouidere sibi ex Lucaijs insulis, quæ infrà Cubam ad Septentrionem versæ sunt, mancipia instituerunt. Quæ in re mira arte & consueta illa sua Pietatis larua utebantur. Quum enim illi simplices & minimè mali homines, rigore Septentrionalis plagæ expiatis suis peccatis, in Elysios quosdam campos migraturos se aliquando considerent, quos ad Meridiem sitos esse somniarent: Hispani illuc nauibus appellentes, persuadebant se eò venisse ut eos in beatas illas sedes traducerent. Ita miseros

VANA

PRÆFATIO.

vana spe illectos, & pro certo habentes se in
 Paradisum aliquem amœnum abduci, ple-
 nis nauigijs in aurifodinas asportabant. Et Hispani
 Lucaien-
 sium cre-
 dultate
 abutuntur.
 Eiuscemodi quidem capturis quinquaginta
 hominum millia absunta, & vniuersâ pro-
 pè Lucaiensium gens deleta est. Tantum vi-
 delicet in Hispanis illis Religionis erat, vt
 istos in Paradiso illo suo collocare nollent,
 nisi prius in Purgatorium demersos. Sed
 spectemus cetera.

Monet Machiauellus, non posse melius
 prouinciam aut agrum recens captum sub
 imperio teneri, quàm si deductis in eum co-
 lonijs veteres incolæ pellantur, aut ita at-
 tritis premantur opibus, vt nulla vis ac re-
 bellio ab iis metui possit. Id quoque strenuè
 ab Hispanis præstitum. Ita enim eas terras
 occuparunt (quo iure ac titulo ipsi viderint)
 vt non tantùm Colonias arcèsque impo-
 nerent domitarum gentium ceruicibus, sed
 eas quoque sibi compedes suis manibus fa-
 bricari cogerent. Neque id satis: sed quum
 indigenas intolerabili sauitia pepulerint
 domibus, exturbarint agris, aut inter man-
 cipia habentes laboribus attrinuerint, plerif-
 que locis ex veteribus incolis nullos: multis
 quam paucissimos, omnibus quidem ita ino-
 pes humilèsque Indos reliquerunt, vt ab

PRÆFATIO.

is rebellionem non pertimescant. Eius tyrānidis testes sunt Hispaniola, Cuba, Iamaica, San-joannis de Portu diuute, & Guanaxie insula, in quibus (vel ipsis Hispanis historicis testibus) quadragescenties capitum millibus, quibus olim habitabantur, vix hodie quingenti aut sexcenti Indi supersint. Adeo ingentium etiam bellorum clades Auaritia superat.

In vita Agricola.

Neque vllam ferè gentium hodie videt, cui iustius quadret quod Romanis quondam exprobratum à Britannis scribit Tacitus: Raptores orbis, postquā cuncta vastantibus defuere terre, & mare scrutatur: si locuples hostis est, auari: si pauper, ambitiosi: quos non Oriens, non Occidēs fatiauerit: soli omnium opes atque inopiā pari affectu concupiscunt: auferre, trucidare, rapere, falsis nominibus imperium, atque vbi solitudinem faciunt, Pacem appellant.

Idem Tyrannicus doct̃or precipit, Nulla ratione melius ciuitatem aut prouinciam posse subigi quàm si malis moribus impleatur: qua arte Cyrus, suadente Cræso, Lydos magis quàm vllis armis fregit. At ne istud quidem Machiauellus meliùs scriptis, quàm Hispani factis expressere. Vulgaria

PRÆFATIO.

garia hæc, Insuetos vino Barbaros ebrietate mollire & vincere, quod sæpe illis loco virtutis fuit: mulierum virginumque pudicitiam attrectare, unde mox in Europam atque in totum orbem Indica lues sparsa est: quum liberos etiam eorum, in disciplinam acceptos iurare, sacrum Dei nomen blasphemis proscindere, aleari, furari, mentiri, scortari & sicas vibrare docuerint. Ac ne ea quidem etiam gratuito: quando & auram, & uniones, & libertatem, & cetera bonorum, ab illis gentibus accepere, quum sua illis vitia traderent. Qua in re tamen illud percommode accidit, quòd, præter naturalem lucem, Præcepta Dei, quæ utcumque ab Hispanis didicere, cum eorum exemplis & factis componentes, horrenda ipsorum scelera & flagitia graui præiudicio damnent, donec in iudicio aduersus eos consurgant Barbari.

Hispanorum consuetudine Indorum liberi corrumuntur.

Præter hæc Machiavellus docet, Nulla ratione facilius in pace ac fide contineri, & prohiberi à rebellionem subditos, quàm si inopia & labore cohibeantur. Mirum quàm auidè arreptum hoc dociles isti ad vitia discipuli, in rem atque usum verterint. Neque enim tantum quidquid circum brachia, colla, aures, braculas, auri habuere Barbari,

Hispani Barbaris quæ habent & quæ non habent extorquent.

P R Æ F A T I O.

cum ceteris deliciis excussere: sed penitus ire in viscera terra, & paruo alioqui contentos, versis montibus, scrutari abduas opes coegerunt. Hinc tributa, onera, metalla, seruienum pœna. Indis imposita, & cetera, in quibus excogitandis nimio plus quàm velimus ingeniosa Auaritia est.

Nec contenti eripere quacumque habebant, etiam quæ non habebant, miseros homines vi, malo, tormentis inuenire subegerunt, & iis locis ubi ne mica quidem auri esset, aurum superbis dominis pendere: donec miseri illi homines tot malorũ exitum desperatione & deformi exitu quærerent.

Atque hîc quidem (nisi vniuerso Christiano nomini grauius iniustum esset dedecus, quàm ut risum mereri posset) operæ pretium sit cognoscere, quàm lepidè Barbarorum nonnulli furiosam illam auri famem expleuerint: quum ut rex Mithridates Aquilio Romano duci capto, ita Hispanis isti aurum in os infunderent. Imò quum Barbaros coegerunt, cum diris execrationibus, Aurum, Christianorum Deum palàm vocare: quibus piaculis se ab tam graui noxa vnquam exsoluent?

Longum esset, omnia ad hunc modum persequi, quibus impotentẽ illum & tyrannicum

Barbari a-
uaſitiam
Hispano-
rum miti-
ficè ex-
plent.

PRÆFATIO.

nicum suum dominatum in India isti fundarunt exercueruntque, quum Christi imperium propagare velle prætexerent. Illud quidem præfracta & insanabilis auaritia seuitiæq; insigne documentum est, quod absumtis montium, amnium, terrarum & maris opibus, aut in Hispaniam transuectis, quum nihil iam Indis præter nuda corpora superesset, corpora ipsa habere quæstui cæperunt, nec tantum illis pro asinis & mulis abuti, sed liberos quoque homines undecumque in seruitutem rapere, vendere, occidere: scilicet quia Christiani fieri nollent. Ac, credo, Indiam & Hispaniam mancipiis replessent, ni vaganti auaritiæ frenos iniecisset Carolus Quintus: cui tamen usque adeo obeditum non est, ut rebellare Colonia & arma sumere in principem cum periculo, quam parere cum detrimento mallent.

Hispani
Indorum
fortunis
cõsumtis,
corpora
seruituti
mâcipant.

Carolus v.
Indos li-
berari iu-
bet.

Miremur iam Indos Christianam fidem respuere hæctenus? Quo fructu prædicari Euangelium apud Barbaros ab iis speres, quibus miseros homines in India affigere saxis, lacerare tormentis, obicere canibus, proterere equis, vrere flammis, iocus & ludus fuit? Itaque his & talibus factis tam implacabile odium omnium Barbarorum non in se tantum, sed in omne quoque Chri-

P R Æ F A T I O.

stianum nomen, cōciuerunt: ut vulgò Christianos, nō homines ex hominibus ortos, sed purgamenta quædam maris & monstra ex barbari elementi spumis concreta eiectaque esse pro certo habeant: malintque liberos ex se ortos trucidare sua manu, quàm mancipia tyrannis alere.

Hispano-
rum excu-
satio.

Hic nonnulli, etsi Hispanos in totum non excusant, subleuant tamen, & maximam partem horum malorum in earum gētium vitia exonerāt, quæ Deus scilicet ita ulcisci voluit. Nec ipse quidem meritos abnuerim, nisi peiores ij fuissent à quibus oppressi sunt. Etsi enim isti suis quoque vitijs, & quidem magnis, laborant, sunt tamen in ijs nonnulla quæ non erubescamus imitari: & utinam ex hac indole aliquid Hispani hausissent, nec auidius aut gloriam aut caducas opes quàm isti concupiscerent. Certè, ut deessent illis alia, vel insigni quiete vita, vel innocentia umbra, vel hospitali benignitate in aduenas, non planè indignos iudico quibuscum mitius ageretur. Quum verò etiam à literis & Religione non abhorrent, alliciendi potius beneficijs quàm vitijs absterrendi erant.

C E T E R V M ne ipse quidem tamen
has

P R Æ F A T I O.

has diuinitus illis clades obtigisse dubito: immò Deū (cuius profunda sunt iudicia & imperscrutabiles viæ) ut quondam Gothorum & Hunnorum opera Italiam, Saracenorum Gallias & Hispanias, Patrum nostrorum atate Gallicis armis Neapolitanos principes attriuerit: ita nostris temporibus non tantum ad beluinas India gentes domandas, sed Europa quoque lasciuiam castigandam Hispanis ministris uti. Sed an propterea (ô Gothorum & Vandalorum sanguis) quod patrum vestrorum vestigia sequentes, ventis hodie admodum secundis utimini: quod nauibus, armis, viris, equis, terras & maria consternitis, Dei manum effugere vos posse existimatis? Venient haud dubie, venient tempora, quibus stata vice uretur Hispania bellis, & vos qui alienis spoliis diuites estis, vicissim spoliabimini: Vos, qui non tantum quietas sollicitastis gentes, sed etiam afflictas premitis, & iamdiu nostrum quatitis orbem: aliquando & ipsi quoque è calice irarum Domini, quem aliis hodie porrigitis, bibetis. Nondum stirps Maurorum plane extincta est, qui Hispaniam armis occupatam aliquot secula tenuerunt. Nondum omne Indorum genus funditus sustulistis,

P R Æ F A T I O.

qui omnes rebellandi occasiones speculantur. Viuit adhuc in Sicilia eorum soboles, qui quondam licentius alieno utentes Gallos, vna literarum significatione, vno die, omnes obtruncarunt. Atque ut, fatali omnium ignauia, nulli aduersum vos sese arment populi, viuit tamen in calis Dominus, qui publicam Gentium insaniam & insolentiores triumphos suo tempore compefcere consuevit.

V E R V M, ut ipse quoque, & quidem æquius quàm Hispani, Hispanos subleuem, primùm me nullo Hispanorum odio, Indorum patrociniũ suscepisse profiteor: ac si quid fortè híc asperius in eos dictum exciderit, in bonos & honestos eius gentis viros dictum id me nolle significo: quos singulari beneuolentia complector: In primis fratres meos, pro Christo indigna multa atque aspera in Hispania perpetientes: pro quibus & nunc & quotidie Dominum oro, ut eos è fornace illa Babylonica mirabili potentia sua liberet. Deinde quum multa præclara Hispanos in India gessisse facile agnoscam: ita, siue diuturna earum gentium consuetudine, siue angustiis rerum, effe-

PRÆFATIO.

effertos, multa sanè perperam, quorum pudeat, egisse non dubito: nec ipsos quidem, siquid vera indolis inest, recusaturos censeam, quominus in Historiis, quibus res eorum gesta narrantur, ut egregiè facta, ita de suis vitiis nonnihil audiant: quando neuos & maculas si nudaueris, eluuntur: laudibus corrumpimur.

POSTREMO, ut in singulis saepe personis, ita in Gentibus naturalis quedam & propria ad peculiare aliquod studium animi propensio est. Hanc nosse & dextrè regere homines debent: siquidem specie virtutis saepe in vitium degenerat. Hispani, bellis nata gens, & magnos ferè magis quàm quietos gerens spiritus, otij impatientes sunt, pigritiam odere. Laudabile id: sed ex eo, dum non cauent, & currere ad Indos, & laceffere quietos, nunc verò etiam ab Indis & Turcis in Christianos arma vertere, assueuerunt. Itaque quando ad contractas, necdum expiatas, in India culpas hoc quoque nefas addunt: patiantur se moneri, ut matura pœnitentia imminentem suis capitibus iram Dei auertant: discant operari manibus & terram colere, & suis cõtenti opibus intra Hispania

P R Æ F A T I O.

*terminos, per laborem corporis & quietem
animi securam potius & tranquillam quàm
cruentam senectutem expectent. Me qui-
dem hoc libello non minus eorum
saluti quàm memoriæ consuluisse
nunquam pigebit, si liben-
ter hæc legant &
resipiscant.*

* * *

D E A M B I G V O I N D I A E *nomine.*

I N D I A, propriè ingens illa Asiæ ad Ortum
regio vocatur, quæ Alexâdri & Macedonum
armis perlustrata est. Hoc autem Orientalis
Indiæ nomen Nouo huic orbi à Columbo
primo eius inuentore impositum putamus,
quum Nouas illas insulas primùm repertas,
Cipangon esse existimaret, quæ ex aduerso
Sinæ & Cataij sita, Orientali potius quàm
Occidentali limiti attribuitur: idque iuxta A-
ristotelis & Senecæ sententiam, qui non pro-
cul abesse Indiam ab Hispania scripserunt.
Porrò vt veterem illam Indiam ab hac noua
nota aliqua distinguamus: illam Orientalem,
hanc Occidentalem ferè nuncupabimus.

EPI-

DEL LATÍN
POLÍTICA INDIANA*

La *Historia del Mondo Nuovo* de Jerónimo Benzoni, por razones fáciles de comprender, no ha sido nunca traducida al español, pero sí al francés, al italiano, al alemán, al flamenco y al latín. La misma suerte ha tenido una parte de las obras de Fray Bartolomé de Las Casas, que en muchas lenguas europeas se conoce, menos en castellano. Conviniéron una vez el inolvidable poeta Gabriel Muñoz y el que esto escribe, en traducir la edición latina de Benzoni al español; pero la Muerte dispuso las cosas de otra manera, y a poco de esa resolución el buen Gabriel se adelantó en el viaje que aún espero, y los venezolanos de hoy día no conocemos a Benzoni sino por la versión latina de Chauveton, dedicada al calvinista francés Teodoro de Beza, al dialéctico temible del coloquio de Possy. El *ex-libris* que poseo perteneció a Muñoz.

Débase la traducción que luego se verá del prefacio latino al estudioso joven José Antonio Ramos Sucre. Las ideas de Chauveton respecto de la política española en las Indias Occidentales, son tanto más dignas de consideración cuanto que él fue también traductor de Oviedo, el adversario de Las Casas.

LISANDRO ALVARADO

A los cristianos y pios lectores, salud

PUEDO CONFESAR haberme sucedido en este insignificante escrito lo que al principio de su gran obra dice Livio, brillante historiador romano: que él al investigar los antiguos hechos y primitivos orígenes del pueblo romano, apartaba su

**El Cojo Ilustrado*, n° 471; Caracas, agosto de 1911.

mente de la consideración de los males que durante muchos años vio su siglo. Así yo, trabajada Europa de guerras durante mucho tiempo, buscando consuelo a las desgracias y descanso al espíritu, deseé muchas veces el retiro y apartamiento de lejano país donde pudiera vivir no sólo lejos de la contemplación de tantos delitos sino también de toda noticia y fama. Por tanto, no viendo ningún lugar tranquilo al fin me traslado con todo el espíritu a la que llaman nueva India, como continente extraño a guerras. Y allí me invitaban especialmente muchas cosas: Montes de oro y ríos que lo arrastran en sus aguas, el admirable clima, las nuevas especies de frutos y de aves, la simplicidad ruda y primitiva de los hombres, mar fecundo en perlas, tierra repleta de piedras preciosas; por último, riquezas de que más habla la fama que la observación, cosas todas que examinar sería grato al ánimo, pero ante todo la paz, la quietud y el disgusto de nuestras costumbres.

Apenas trasladado allí, como he dicho, a primera vista todo aquello me agradaba no sin fundamento. Pero puesto mi ánimo a la consideración de aquellas maravillas fue muy otro el aspecto de las cosas. Proscritos los indígenas y hostiles a los cristianos, destruidos los montes y casi vacíos de oro, exhaustas las aldeas, triste y espantosa soledad por doquiera, los bárbaros esclavos o temiendo serlo de quien ni de nombre habían conocido antes, cruentas guerras de ellos con los nuestros y las calamidades que son su consecuencia. En fin, encontré allí todos nuestros vicios: la crueldad, la lujuria y la avaricia. Entonces me pregunté: ¿me será dado conocer y examinar las causas de esa situación? Deseoso de saber recurro a los historiadores españoles, hojeo sus libros. Allí encuentro maravillas: países domados en una o dos batallas, reinos antes tomados que atacados, victorias de los españoles sobre los bárbaros, triunfos insignes si no fueran debidos a los caballos, en fin, se diría tanto Escipiones o Alejandro como capitanes españoles guerrearon en aquellas tierras. En verdad no negara la gloria a los dignos si ellos hubieran puesto límites a su crueldad y los escritores a las alabanzas. Nada diré de sus delitos y escándalos sino parcamente. Respecto de los bárbaros casi todo empeora, ya que la ignominia, como las demás calamidades, sigue casi siempre a los vencidos.

Per extrañaba primeramente por qué aquellas tierras no habían sido recorridas más bien en paz que en guerra: de dónde y qué principio habían tenido las guerras de los indios con los españoles, más aún, qué causas de división pudo haber entre ellos, donde no había ninguna ambición de riquezas, ninguna emulación ni deseo de honores, origen frecuentísimo de pendencias entre los hombres. En fin, por qué hubiesen querido experimentar a los españoles más con la injuria que con el beneficio, ya que de ellos habían recibido no sólo muchos recursos de subsistencia y costumbres honestas sino también la religión junto con las letras, cosa rara entre los bárbaros. Por lo cual primero atribuía esto a cierta agreste ferocidad y a un carácter enemigo de toda sociedad que, como en algunos animales, no pudiera ser domado por beneficio alguno.

Investigando yo esto, viene a mis manos precisamente Benzoni, que, quitándose el error de las anteriores opiniones, desató los nudos que me trababan,

y reveló la verdadera causa de aquellas desgracias. Este escribió en italiano lo que durante catorce años había visto en gran parte de la India Occidental, con admirable brevedad, pero sin omitir nada digno de saberse, o si algo falta, lo hemos llenado nosotros de algún modo. Y aun sin compararlo con los demás, descubrí que difería mucho de ellos por sólo tratar éstos de los sucesos, mientras que él investiga las causas que los otros callan muchas veces dolorosamente, y no narra, como la mayor parte, lo que oyó a otros, sino lo que él mismo vio y exploró, de donde resulta mayor autoridad al testimonio y mayor fe al escritor.

Habiendo leído cuidadosamente a este autor, empecé a sospechar de aquellos escritores como demasiado favorables y halagadores de la gloria de los suyos, y a entender fácilmente (lo que revela el asunto mismo y que comprendieron los indios no menos por su razón natural que por la experiencia) que los españoles habían navegado a aquellas regiones para difundir la religión cristiana por la palabra, pero en verdad, para fijar su dominación en esas provincias sometidas, es decir, que pusieron un especioso pretexto a su avaricia y deseos depravados.

Pero vale la pena conocer este asunto, no tan sólo por mis palabras como por sus hechos. Así, pues, en someter aquellos pueblos y regirlos después de sometidos, se condujeron en gran parte hasta tal punto que ejecutando otra cosa de la que habían manifestado, más probaban ser discípulos de algún Dionisio o de Maquiavelo que de Cristo.

Vamos a comparar algunas decisiones de Maquiavelo con los hechos de los españoles, que tienen tal relación que pudiera creérselos salidos de su escuela o que de sus preclaros delitos en Italia había tomado aquél sus enseñanzas. Aconseja Maquiavelo en aquellos comentarios en que educa más bien a un tirano que a un príncipe que, aun cuando no se adore a Dios con el alma, se debe aparentando piedad conciliarse tal fama entre los hombres. Parece que esto no lo aconsejó Maquiavelo más perniciosamente que lo cumplieron los españoles entre los indios. Nada más fácil que persuadir de esto a las inteligencias rudas de los bárbaros, que plenos de admiración por aquella gente nueva y extranjera, creían de ella todo lo espléndido por absurdo que fuese. A los españoles, que habían puesto como pretexto de sus expediciones la promoción de la gloria divina y del nombre cristiano, y que continuamente decían ser hijos del Supremo Dios, dióseles tanta fe que aquellas gentes fueron persuadidas de que también habían descendido del cielo, hasta que las circunstancias mismas y sus hechos refutaron esa vanidad.

Entretanto los españoles empezaron a abusar de tal manera de la credulidad de los bárbaros, que la esperanza de salud que ellos abrigan (ciega y sin fundamento, pero sin embargo esperanza) la convertían en desgracia de aquellos míseros y en provecho propio. Citaré un ejemplo: Desde que en la Española e islas vecinas faltaron a los españoles operarios indígenas para el trabajo de las minas, determinaron buscarse esclavos en las Lucayas, que están cerca de Cuba hacia el norte. En lo cual usaban de maravilloso arte y de su acostumbrado disfraz de piedad. Como confiasen aquellos hombres sencillos y nada

malignos que expiados sus pecados por el frío de la región setentrional emigrarían a ciertos campos eliseos que suponían situados al Mediodía, los españoles llegaron en sus naves y los persuadieron de que ellos habían venido para llevarlos a aquella feliz residencia. Así llevaron para las minas de oro sus navíos llenos de aquellos desgraciados atraídos por una vana esperanza y que tenían por cierto que eran llevados a algún ameno paraíso. En capturas de esta especie fueron llevados 50.000 hombres y se destruyó casi toda la raza de los lucayenses. Tan religiosos eran aquellos españoles, que no querían colocarlos en el paraíso sin haberlos llevado antes al Purgatorio. Pero veamos el resto.

Aconseja Maquiavelo que no puede mantenerse mejor sometido un país o campo recién tomado que, si introduciendo nuevos colonos, se expulsan los antiguos habitantes, o que si consumidas sus riquezas sean oprimidos de modo que de ellos no pueda temerse ninguna rebelión ni violencia. Esto también ha sido hecho hábilmente por los españoles. Así pues, ocuparon aquellas tierras (con qué título y derecho ellos habrán visto) de modo que no sólo impusieron colonias y fortalezas a aquellas gentes vencidas sino que las obligaron a fabricar estas cadenas con sus propias manos. Y no bastó esto, pues habiendo expulsado de sus mansiones y de sus campos con intolerable crueldad a los indígenas o agobiado de trabajos a los que tenían esclavos, no dejaron en la mayor parte de los lugares a ninguno de los antiguos habitantes, en muchos lugares dejaron poquísimos y en todos, en fin, indios tan pobres y humillados que no temían de ellos la más mínima rebelión. Testigos de esta tiranía son Española, Cuba, Jamaica, San Juan de Puerto Rico y las islas Guanoxias, en las cuales apenas quedan hoy 500 o 600 indios de los 4.000.000 que en otro tiempo las habitaban. Tanto supera la avaricia los destrozos de las guerras.

Y casi ninguna gente veo hoy a quien convenga con más justicia lo que según escribe Tácito, reprobaban una vez los britanos a los romanos: Ladrones del mundo, luego que faltaron tierras a sus piraterías, escudriñan el mar; si el enemigo es rico, son avaros; si pobre, ambiciosos; no los saciaría Oriente ni Occidente, desean de igual modo la riqueza y la pobreza del suelo, quitan, roban, matan, dan un falso nombre al dominio, y cuando causan devastación llaman eso paz.

El mismo maestro de los tiranos ordena que de ningún modo puede someterse mejor una ciudad o provincia que llenándola de malas costumbres; de ese modo Ciro, aconsejado por Crespo, sometió a los lidios más que con las armas. Esto nos lo ha mostrado mejor Maquiavelo con sus escritos que los españoles con sus hechos. Es común vencer y enervar por la embriaguez a los bárbaros no acostumbrados al vino, atentar contra el pudor de sus mujeres y doncellas, de donde se ha esparcido por Europa y el mundo el mal índico (sífilis); también han enseñado a los hijos de los indios que han tomado para doctrinar, a jurar, a blasfemar el nombre de Dios, a jugar, robar, mentir, a darse a la deshonestidad y a manejar puñales. Esto no ha sido gratis, pues en cambio de las perlas, el oro, la libertad y demás bienes que tomaron a aque-

llas gentes, les dejaron sus vicios. En lo cual sucede que comparando según su natural juicio los preceptos divinos aprendidos de lo españoles con sus hechos y ejemplos, condenen gravemente sus delitos y escándalos, de modo que los bárbaros los llaman a juicio.

Además aconseja Maquiavelo que de ningún modo se mantiene con mayor facilidad a los súbditos en paz y fidelidad y se les aleja de rebelión que refrenándolos por la pobreza y los trabajos. Causa maravilla cómo han aprovechado el consejo estos discípulos dóciles al mal. No sólo privaron a los bárbaros de todo lo de oro que llevaban en los brazos, cuellos y orejas y de sus demás deleites, sino que obligaron a ellos, que se contentan con poco, a penetrar, cavadas las montañas, en las entrañas de la tierra en busca de riquezas ocultas. De aquí el origen de los tributos, cargas, penas serviles, minas y demás gravámenes impuestos a los indios en cuya invención es la avaricia mucho más ingeniosa de lo que deseábamos. No contentos con robarles cuanto tenían, obligaban a los desgraciados por la fuerza, la maldad y la tortura a encontrar lo que no tenían y a pagar a sus soberbios señores oro en aquellos lugares donde ni una pajuela se encontraba, de modo que aquellos infelices buscaban escapar a tantos males por la desesperación y una muerte horrenda. Vale la pena conocer cuán graciosamente calmaron algunos bárbaros aquella furiosa sed de oro: vertiéndolo derretido en la boca de los españoles, como hizo Mitrídates al prisionero general romano Aquilio. Habiendo obligado a los bárbaros a llamar públicamente con espantosas maldiciones oro al Dios de los cristianos, ¿con qué expiaciones llegarán a librarse de tan grave culpa?

Largo sería examinar cómo ha fundado y ejercido su irresistible y tiránica dominación en Indias, poniendo por pretexto propagar el imperio de Cristo. Es ejemplo insigne de su inflexible e incurable avaricia y crueldad que consumidas o trasladadas a España las riquezas de los montes, ríos, tierras y mares y no quedando a los indios sino sus cuerpos desnudos, empezaron a lucrarse con éstos, y no sólo a usar de ellos como asnos y mulos, sino también a arrebatar como esclavos a aquellos hombres libres, a venderlos y a matarlos porque no querían hacerse cristianos. Y creo que habrían llenado de esclavos las Indias y España si Carlos V no hubiera enfrenado su avaricia, a quien no se obedeció tanto ya que las colonias preferían rebelarse y tomar las armas contra el príncipe con peligro que obedecer con detrimento.

¿Nos admiraremos de que hasta este momento los indios hayan rechazado la fe cristiana? ¿Con qué fruto se espera que puede predicarse a los bárbaros el evangelio por quienes tienen por juego apedrear, atormentar, echar a los perros, pisotear con los caballos y quemar a aquellos desgraciados? Con éstos y tales hechos han provocado en todos los bárbaros tan implacable odio no sólo contra ellos sino también contra el nombre cristiano, que tienen por cierto que los cristianos no son hombres hijos de otros hombres sino ciertas secreciones del mar y monstruos creados y lanzados por las espumas del bár-

baro elemento, y prefieren matar por su propia mano a sus hijos para no criar esclavos a sus tiranos.

Algunos, aunque sin perdonar en absoluto a los españoles, los dispensan, sin embargo, atribuyendo la mayor parte de estos males a los pecados de aquellas gentes que Dios quiso que fueran expiados de ese modo. Lo que no negara yo mismo, si peores no hubieran sido sus opresores. Pues, aunque ellos tienen sus vicios y, en verdad, grandes, tienen no obstante cosas que no nos avergonzaríamos de imitar, y ojalá que algo de esta especie tomasen los españoles y no los superaran en desear la gloria y caducas riquezas. Ciertamente, faltándoles otras cosas, por la quietud de la vida, por su aspecto de inocencia, por la benigna hospitalidad con los extranjeros no los juzgo indignos de ser tratados con mayor bondad. Además, no siendo adversos a la religión y las letras, debían ser más atraídos con bienes que alejados con vicios.

Por lo demás, no dudo que estos males les hayan acaecido con permiso divino, sino que Dios (cuyos juicios son profundos e inescrutables sus designios) usa hoy de los españoles no sólo para domar las bestiales gentes del nuevo mundo sino también para castigar la lascivia de Europa, como en otro tiempo humilló por medio de los hunos y godos la Italia, por los sarracenos Galia y España y en época de nuestros padres a los príncipes de Nápoles por las armas francesas. ¿Pero por eso pensarás, ¡oh progenie de los vándalos y de los godos!, que porque, siguiendo las huellas de tus padres, gozas hoy de vientos favorables y cubres la tierra y el mar con tus naves, armas, soldados y caballos, podrás escapar a la mano de Dios? Vendrán sin duda los tiempos en que España será assolada por guerras, y vosotros, que os habéis enriquecido con los despojos ajenos, seréis entonces despojados; vosotros que no sólo habéis molestado a gentes pacíficas sino que también habéis oprimido a las afligidas, que desde hace tiempo turbáis nuestro continente, beberéis algún día del cáliz de las iras divinas que a otros habéis alargado. Todavía no está extinguida la raza de los moros que durante algunos siglos tuvieron a España ocupada por las armas. No habéis eliminado todavía del todo la raza india, que acecha toda ocasión de rebelarse. Vive aún en Sicilia la progenie de aquellos que una vez mataron a todos los franceses que abusaban de lo ajeno, a una sola señal y en un solo día. Y si por una fatal pereza no se arma contra vosotros ningún pueblo, vive no obstante en los cielos el Señor que ha acostumbrado reprimir a su tiempo la insania de las naciones y sus soberbias victorias.

Pero para dispensar yo también a los españoles y con más justicia que sus compatriotas, confieso ante todo que no por odio a ellos he tomado la defensa de los indios, y si algo áspero aparece contra ellos, no intento referirlo a aquellos honrados y buenos varones de su nación a quienes abrazo con particular benevolencia, especialmente a aquellos hermanos míos que en España padecen por Cristo muchas asperezas e indignidades, por quienes ruego a Dios ahora y diariamente para que con su admirable piedad los libre de aquel horno babilónico. Por último, aunque reconociendo con facilidad que los españoles

han hecho en las Indias cosas insignes, tampoco dudo que han ejecutado muchas cosas vergonzosas, ya por larga costumbre, ya enfurecidos por la presión de las circunstancias; y pienso que ellos mismos, si alguna veracidad tienen, no rehusarían oír algo de sus defectos en aquellas historias en que se narran sus cosas como hechos egregios. Las manchas y los lunares se purifican revelándolos, nos corrompemos por las alabanzas.

Por último, así en las personas como en los pueblos hay cierta tendencia del espíritu a determinado trabajo. Esta propensión deben conocerla y regirla acertadamente los hombres, pues que bajo apariencia de virtud degenera muchas veces en vicio. Los españoles, gente nacida para la guerra y abrigando espíritus más levantados que tranquilos, no toleran la paz y odian la pereza. Esto es laudable, pero en tanto que no cuiden de perseguir a los indios y de molestar a los pacíficos; ahora también han acostumbrado volver sus armas de los turcos e indios contra los cristianos. Así, porque añaden este delito a las culpas contraídas en la India y todavía no expiadas, toleren ser aconsejados para que por oportuna penitencia aparten de sus cabezas la ira divina, aprendan a trabajar con sus manos y a cultivar la tierra, y contentos con sus riquezas esperen dentro de las fronteras de España, y por el trabajo del cuerpo y la quietud del alma, más bien una tranquila que cruenta ancianidad. Yo nunca sentiré haber velado no menos por su salud que por su memoria sí, leyendo esto de buena voluntad, vuelven al juicio.